


ANZANI

se SALVARI. Fidem autem eam vocamus, quæ est in JESU Christo justificans, quam vita & mors Christi Domini peperit, Evangelium prædicat, & sine qua nemo potest placere Deo. Credimus SPIRITU Sancto sanctificari, & doceri Ecclesiam in via: ipse enim verus est paraclerus, quem mittit Christus à Patre, ut doceat veritatem, tenebrasque excutiat e mentibus fidelium. Cerrum enim est, quod Ecclesia in via errare potest, falsum pro vero eligendo, à quo errore totius Spiritus Sancti lumen & doctrina nos liberat, non mortalis hominis, quam vis mediante opera ministrantiù Ecclesie hoc possit fieri. Credimus HOMINEM JUSTIFICARI Per FIDEM non ex operibus. Cum autem dicimus perfidem, intelligimus fidei correlativum, quod est Justitia Christi, quam fides apprehendit; nobisque applicat ad salutem. &c. Credimus Liberum Arbitrium in non renatis esse mortuum, quia nihil boni possunt facere. &c. Credimus Evangelica Sacramenta esse in Ecclesia, quæ Dominus instituit Evangelio, & ipsa esse Duo: amplio rem numerum Sacramentorum non habemus: quia institutor non plura tradidit. &c. Credimus Baptismum esse Sacramentum à Domino institutum, quem nisi quis susceperit, communionem non habet cum Christo, cujus ex morte sepultura, & gloriosa resurrectione promanat, tota virtus & efficacia baptismi: ideo ex ea forma, qua Dominus præcepit in Evangelio baptizatis, certi sumus, quod remittantur peccata, tum Originale, tum Actualia, ita ut qui abluti fuerint in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti regenerati, mundati atque justificati sint. De iteratione autem non habemus mandatum, ut iteretur baptismus, ideo abstinendam esse ab hoc inconvenienti. Credimus alterum Sacramentum à Domino esse institutum illud quod vocamus EUCHARISTIAM: Nocte enim qua tradebat semetipsum, accipiens panem & benedicens dicebat Apostolis: Accipite & manducate, hoc est Corpus meum, & accepto Calice, gratias agens, dicebat: Bibite ex hoc omnes: hic est Sanguis meus, qui pro multis effunditur: hoc facite in meam commemorationem. &c. Consequenter calicem bibere in Sacramento esse sanguinem verum Domini nostri JESU Christi communicare, eo modo sicut & de corpore asserimus. Institutor enim sicut de suo corpore, ita de suo sanguine mandavit, quod mandatum nec lacerari, nec mutilari debet pro libitu humani arbitrij, imò servari debet institutio, prout nobis tradita est. &c. Credimus Defunctorum Animas esse vel in beatitudine, vel in damnatione, prout quisque gesserit. &c. Ex quo patet commentum. De Purgatorio non esse admittendum.

Hæc Cyrillus in fidei confessione scripta Constantinopoli Anno 1030. ad Regem Christianissimum.

O vos miseri (SCILICET) Græci dum in nunc commemoratis articulis, aliter ac Pontificij nobiscum sentitis. En innumera ferè anathemata Concilium Tridentinum in vos vibravit & ex pelvi detonuit. Plura quæ orientalis Ecclesia credit apponere ob chartæ angustiam non licuit.

Errata lector benevolus pro suo candore corriget, cum primis quæ accentus, dum pro accentu circumflexo in ultima syllabâ acutum frequentissime videbit.



EXAMEN
PROPOSITIONUM XII.
Quas sub persona
ERHARDI SACRI
Rom. J. Comitis in lucem misit
Jesuita **FODOCUSKEDD** *Wiennæ*
Anno 1652.
Institutum nomine
EVANGELICORVM
In Hungaria citeriore habitantium
Anno eodem

2. Timos 4. v. 3, 4.
Erit tempus cum sanam doctrinam non tolerabunt,
Sed à Veritate aures avertent, ad fabulas autem
convertentur.

se
qu
net
do
stu
Ce
do
ral
Cre
per
dit
mo
cle
ton
era
Chi
cia
mu
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
ficu
mat
serv
in b

H
O
rac
me
&

Err

S. A V G V S T I N V S

Tomo 7. de unit. Eccles. Cap. 3.

NOlo humanis documentis, sed Divinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari; In Scripturis sanctis Canonicis eam quaeramus. Idem lib. eodem cap. 16. Nolumus nos Ecclesiam nostram probare, vel ex successione Episcoporum, vel ex autoritate Conciliorum, vel ex miraculorum frequentia, vel ex visis & somnijs &c. Ibidem utrum ipsi (Donatistæ) Ecclesiam teneant, non nisi Divinarum Scripturarum Canonicis libris ostendant, quia nec nos propterea nobis credi oportere dicimus, quia ipsam quam tenemus commendavit Optatus vel Ambrosius, aut quia nostrorum Collegarum Concilijs prædicata est, aut quia in ea sunt mirabilia.

Præfa



Præfatio.

Ad constantes & intrepidus Evangelicæ fidei CONFESSORES defensores & promotores Veri-
roiq; Regni Hungariæ ac libertatum ejus-
dem assertores.

GLoriatur, Evangelici Confessores, Jodocus Kedd Jesuita Wiennæ in Germanico tractatu, multos quotidie ad Papatum converti (everti) ex Principibus, Comitibus, Nobilibus & alijs Personis doctissimis, ac in specie adfert Erhardum Truchses. Sacri R. Imp: Comitem Cubicularium & Capitaneum cuius apostasiæ licet prætextus aliquos adferat, veram tamen causam defectionis omnium illorum exponit Evangelista Johannes cap. 9, v. 22. Timebant Judæos (Jesuitas) qui conspiraverant, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Et cap. 12. v. 42. & 43. Ex Principibus multi crediderunt in Christum (fide historicâ) sed propter Pharisæos (Jesuitas) non confitebantur, ne è Synagoga eicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam DEI. Hæc inquam, Vera causa est, cur multi, hoc tempore maximè, fiant hypocritæ, verita-

Az

tem do-

3

se
qu
ne
do
stu
Ce
do
ral
Cre
per
dit
mo
cle
ton
era
Chu
cia
nu
No
rati
ine
voc
ben
Cal
effu
Sac
fieu
mar
ferv
in b

H

O
rat
me
&

Err

tem doctrinæ Evangelicæ semel agnitæ simulantes,
vel Perfidè abnegantes. Quomodo enim homines
Evangelici salvâ conscientia amplexi possent illam
doctrinam, in qua nihil est certi omnia Verò dubia,
semper anxiam nunquam tranquillam cōscientiam fa-
cientia. Dubia ipsis est Scriptura S. ad cujus lectio-
nem Clerici non admittunt omnes, sed quosdam tan-
tum, quos jam in sua doctrina benè fundatos sciunt,
alij è contra scribunt, Laicis lectionem Scripturarum
permittere, esse, sanctum dare canibus & margaritas
porcis objicere, ut Alphonfus deCastro lib. 1. ad v. hær.
cap. 13 meliusq; esse ut Laicj ab informatione Pastorum
suorum pendeant quàm à Scripturis Voce Johannis Mo-
lani: idq; propterea quia ipsis Scriptura S. est obscura,
insufficiens, imperfecta, nasus cereus, litera mortua,
materia litis, asylum hæreticorum &c. Quod si ita est,
tunc Ecclesiæ autoritas & Papæ Conciliorumq; ab ip-
so approbatorum infallibilitas, longè æquius illis E-
pithetis exornanda erit, quia illorum autoritatem ex
Scripturis contra nos probare solent, Habent areno-
sum fundamentum, Papæ & Ecclesiæ testimonium,
quod quia vel est humanum, ut Becanus scribit tom. 1.
opusc. 10. th. 15. vel aliquomodo saltem divinum, jux-
ta Bell. lib. 3. de verbo DEI cap. 10. p. m. 247. Quo-
modo ergo merè divinam Sacris libris conciliare po-
tuerit

4

terit autoritatem? Imò quâ fronte scribere audeat Ho-
sius lib. 3. de autor. script. Scripturam non in sen-
su, quem Romana Ecclesia amplectitur proferre non
est expressum DEI, sed expressum Diaboli verbum
proferre. Habent turbidos fontes, ex quibus ut
perpetuò turbidis, non nisi turbidi rivuli manare pos-
sunt: incerti sunt de traditionum numero, origine ea-
rumq; autoritate: dum alij cum C. T. traditiones Scrip-
turis exæquant alij præferunt, alij deniq; postponunt.
In justificatione minus gratiæ DEI, plus bonis operi-
bus tribuunt: Illi justificationem primam, quâ ex in-
justo fit justus: His verò justificationem secundam quâ
ex justo fit magis justus, adscribunt. Septenarium Sa-
cramentorum numerum Georgius Shererus in Postilla
inter cætera probat ex imprecatione militum Germa-
norum, qui non duorum, sed septem Sacramentorum
meminerunt. Dubitare coguntur omnes Christiani de
Baptismo suo in Papatu suscepto, de Veritate præsentia
Christi in cœna: Clerici de ordinatione ab Episcopo
datâ: Conjuges de confirmatione Matrimonij sui. &c.
quia ad Sacramenti valorem requirunt debitam inten-
tionem, quam habuisse Presbyterum, interdum sine
intentione & attentione officium facientem, Valdè in-
certum. Dubitare debent de absolutione à Confes-
sario impertitâ, quia nesciunt, an omnia peccata mor-
talia

A 3

talia

se
qu
net
do
stu
Ce
do
tal
Cre
per
dit
mo
cle
tor
era
Chi
cia
mur
No
rati
ine
voc
ben
Cal
effu
Sac
fici
mat
serv
in b

Hi
O
rat
me
&
Etr

alia cum circumstantijs, quæ post diligens examen memoriam occurrunt, Sacerdoti aperuerint. Dubitare de absolutione quotidianorum, & juxta ipsorum sententiam, minorum Venialium q; Peccatorum, quia pro illis solvere & satis facere se dicunt, remissio verò cum solutione stare nequit. Docent ad remissionem peccati venialis non requiri poenitentiam proprie acceptam actualem, habitualè vel Sacramentalè Biel. in 4. Sent: dist. 15 qst. 5 art. 2. unde sequitur, necessario mortaliter peccandum esse, si quis poenitentiam agere velit. Fides in Papatu, quam Divinam esse volunt, est saltè humana & probabilis, ut pote unice in testimonio Ecclesie recumbens, & certitudinem suæ christianæ Confessionis inibi defigens, cum propter hanc saltem ipsis etiam Scripturis credant, autoritatem q; merè divinam deferant, ut dictum. Papistæ quæ tales in suis precibus sive fiant in Concilijs, sive in templo, sive domi privatim, non exaudiuntur, quia orant sine fide Heb. 11. v. 6. & quia dubitant de exauditione Jac. 1. v. 5. 6. 7. carent sapientiâ, ac proinde frustra apud eosdem quaeritur, de qua alias gloriatur David P. 119 v. 98. Statuunt inter alias orationis conditiones requiri, ut homo sit in statu gratiæ, h. e. Deo acceptus & amicus. Staplet. promt. moral. in Dominica Rogat. p. m 702. Atqui de hoc statu dubitant, Ergo etiam de exauditione. Quo-

modo ergo apud ipsos venabimur Spiritualem sapientiam, ut potè ex decreto Concilij Tridentini dubitantes. Pontificij quia negant quod possint se probare an sint in fide 2. Cor. 13. v. 5. Ergo communicare nunquam debent, propterea enim infantes & fatui exclusi sunt ab Eucharistia, 1. Cor. 11. v. 28. Papistæ nequeunt superare Diabolum, quia non sunt fortes (sed dubitant) in fide, Pet. 5. v. 9. Carent scuto fidei in quo tela nequissimi extinguerent Eph. 6. v. 16. Diabolus enim Historicam fidem nulli Christianorum indubium vocat, sed salvificam, quæ in speciali ad individua applicatione consistit, id quod summo cum damno Spira Latomus apostatæ experti qui in tentatione gratiam Dei, meritum Christi, & promissiones Evangelij universales concesserunt, at in Papatu sibi applicare, & ad se in specie pertinere non potuerunt credere, sicq; desperarunt: Quo sensu Deum tecere mendacem 1. Joh. 5. v. 10. Carent galeam salutis, galea enim firma nisi sit, non erit galea, sed Olla capiti argillacea. At Papistæ non fidei certitudine, sed incertâ & indubiâ spe salutis tantummodo se erigunt. Papistæ quæ tales nullo solatio efficaci conscientiam mole peccatorum gravatam erigere possunt, quod exemplum Spira testatur. In agone constitutos consolari nequeunt, quia dubitant, quam diu Vivunt, an hic vel ille vitam homine verè Christiano & Catholico dignam duxerit, nesciunt quæ sint in specie illa bona opera, quæ homines agere, agendoq; vitam æternam mereri possint: Docent ergo Ideas Platonicas, & in certitudinem Academicam. E contra potius terrent homines moribundos Purgatorij poenis, quæ tam graves dicuntur, ut solâ duratione ab inferni poenis differant: Cum tamen Purgatorij ignis, Vere sit fatuus ignis, & qui eum dari credit in devia abduci oporteat, Papa enim per Indulgentias ære

se S
qu
ner
doc
stu
Ce
do,
rali
Cre
per
dit;
mo
clef
tor
cra
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
fici
mat
serv
in b

H

O
rat
me
&

Err

comparatas promittit animarum ex Purgatorio liberatio-
nem, & rectum in Cœlum ingressum. Ad quid igitur con-
ducunt Missæ pro defunctis celebratæ? si opus est Missis:
tum Papa impostor: Emungit enim homines miseros Pe-
cuniâ, non infert Cœlo ullam animam suis indulgentijs,
quæ hoc Anno Tyraviæ affatim Venum exponebantur,
& à multis acquirebantur. Si non opus est Missis, impo-
stor erit Sacrificulus, qui pecuniâ vendit sua Missatica mu-
nera. Imò, quid fiet cum anima pauperis quam ne unâ qui-
dem Missâ ex Purgatorio rediment, nisi detur Pecunia.
Ergo peccata divitis difficilius expiantur per Missas
quam egentis, Ergo, acceptior pecunia divitis, cujus
gratiâ multas peragunt Missas, quam egestas pauperis?
In Missa credit Sacrificulus se ex meris accidentibus Pa-
nis & Vini, creare & conficere corpus Christi (qui tamen
unicam muscam facere non potest) Et hoc pacto, Missifi-
cus præfertur Virgini Mariæ, quæ semel duntaxat carnem
Christi λόγῳ unitam, concepit & peperit, ille verò quoties
sacrificat, corpus Christi creare perhibetur, & per conseq.
Christus plura, quàm unum, habebit corpora. *Corpus*
Christi ad dexteram Majestatis elevatum, a cœlo infirmum
& debile faciunt, ut subsidio Angelorum indigeat, quo ad
Summum altare in Cœlis deferatur, Pro ut orant in Canone
Missæ. In Missa tam à Sacrificulo quàm à spectantibus
Sancti invocantur præsertim Maria, ad quam novies in
suis rosarijs, ad Deum duntaxat semel, preces diriguntur.
Nec mirum, nam, si fides adhibenda *Antonino* par. 4.
summæ tit. 15. cap. 44: Christus regimen cum Maria di-
vinit & sibi justitiæ contra induratos, ipsi vero misericordiæ
cum poenitentibus administrationem assignavit. Et hinc
est, quod Franciscus Labata Jesuita scribere non vereatur,

multa

multa millia esse fuisse, foreq; qui jam in gehennam da-
mnati fuissent, vel damnandi forent, nisi Mater Dei pro
illis intercessisset. In invocatione Deo tribuunt λατρείαν
Sanctis δαλείου Mariæ ὑπερδαλείαν, quo ipso Deo minimum
[λάτρης enim notat servum conductum ex precio] Sanctis
amplius [quia δαλεία notat servitatem mancipij, qui sine
precio ad quævis abjectissima damnatur] Mariæ Verò plu-
rimùm, quia Papistæ Mariæ magis quàm mancipia servi-
unt. Concilium Constantiense concedit, Christum Sa-
cræ Cœnæ sub utraq; specie instituisse, & tamen Hoc-
quoad usum speciei utriusq; nestorio adscribit par. 1. persp.
art. 7. pag. m. 395. sicq; ipsum Christum condemnat. In
Sacra Cœna lac Mariæ cum sanguine Christi à communi-
cantibus percipi, scribit Jesuita Salazar ad cap. 9. Proverb.
v. 4. num. 144. colum. 769. & Jesuitæ Tyravienses non
tam pridem part. 1. cap. 2. num. 13. in suo Jesu & Maria
De Magistratu Politico iniquissimè docent: nam Johan-
nes à Daventria in Harm. Aug. Conf. p. 515. scribit: Mo-
nasticam publicis mundi Officijs præferri: & in Monacha-
tu impuro perfectionem majorem esse quam in Magistra-
tu etiam purissimo. Universum Clerum à juris dictione
Magistratus Civilis eximunt: Conjugium vocant immun-
ditiem, pollutionem, & carnales sordes in Jure Canon. dist.
82. canone, plurimos, & causa 32. quæst. 2. Canone, Cœ-
nubia. Clericis matrimonium interdicit, & interim scor-
tari permittunt, Coster in Enchir. c. 17. prop. 9. Hinc rectè
de ijs Erasmus in cap 19. Matt. Scottari licet, uxorem du-
cere non licet. Si profitentur concubinam sunt Catholicæ
Sacerdotes, sin uxorem, in ignem conjiciuntur. Et hinc
est quod ex coacto hoc cœlibatu, mundus repleatur Vagis
libidinibus, adulterijs, scortationibus, sodomia, puericidijs,

B

ut justè

se S
qu
ner
doc
flu
Ce
do,
rali
Cre
per
dit;
mo:
clef
tor
era
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
ficu
mar
ferv
in b

H

O
rat
me
&

Err

ut justè querulatur Augustana Confessio art. 23. Deniq; Papæ Rom. tribuunt jus in conscientias omnium ipsi devotorum per decreta planè iniqua supra Deum v. g. tempore Quadragesimæ, & alijs statis jejuniorum diebus à carne, ovibus, lacticijs abstinere, quorum tamen usum Christus & Apostolus cum gratiarum actione permisit Matth. 15. v. 11. 1. Tim: 4. v. 3. Et sentiunt, sic obligari conscientias hominum legibus hisce, ut qui in eas delinquant, noverint veniam sibi denegari, longeque gravius peccare dicantur quam si furentur, fornicentur, helluentur distinct. 19. Can. Si Romanorum, circa medium, & Bellarm. li. 4. de Verbo Dei cap 7. Sed omissis. Et quod atrocius est, dicunt hæc credere esse de necessitate salutis cap. Unam Sanctam Extravagan. de majorit. & obedientia Bonif. VIII. Quæ omnia lædunt gloriam Dei, Scripturæ majestatem enervant tollunt libertatem Christianam, & adferunt perniciem animabus. Colos. 2. v. 20 22. 23. Hæc & alia dogmata Papatus ferè infinita, quæ dubia, horrenda, blasphema & piarum aurium offensiva sunt, deberent ad scrutandas tantò diligentius Scripturas S. cor & animum omnium commovere Joh. 5. v. 39. ad probandos Spiritus, num ex Deo sint nec ne Joh. 4. v. 1. Calcar addere: Omnes & singulos ab amplectendo papatu abstertere: Eo enim recepto, participes fiunt peccatorum & poenarum

alie

alienarum Apoc. 18. v. 4. amittunt libertatem, in quam nos Christus asseruit Gal. 5. v. 1. ex servis Dei fiunt servi hominum Rom. 6. v. 16. 1. Cor. 7. v. 23. quâ servitutis specie, in pectoribus præsertim heroicis, nihil est ignobilius & detestabilius.

VOS Verò Confessores Magnanimi, macti virtute, Deo gratias agite, quod nullum hæctenus fidei naufragium feceritis, sed in Veritate Evangelicæ religionis semel agnitâ constantes permanseritis, omnes Diaboli, ejusque Organorum laqueos evitaveritis, ex ijsque triumphaveritis. CHRISTUS JESUS de cætero dignetur bonum quod operatus est in inclytis pectoribus Vestris confirmare in Divini sui nominis gloriam animarumque vestrarum salutem. Fiat! Amen.

Didimus Levita.



Sequuntur Propositiones, pro ut ex è Germanico in Latinum apud nos translatae sunt.

ERHARDUS SACRI ROM. I. COMES.

Suppositâ Christianæ Fidei unitate Eph. 4. v. 5. sine qua Deo placere impossibile est Heb. 11. v. 6. quæque in solâ Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia veluti in columna ac firmamento veritatis, reperitur. 1. Tim. 3.

Postulatum Primum.

Bz

Ultra

se S
 qui
 ner
 doc
 stu
 Ce
 do,
 tali
 Cre
 per
 dit;
 mo
 clef
 tori
 crat
 Chr
 cia
 mus
 No
 rati
 inco
 voc
 ben
 Cal
 effu
 Sac
 ficu
 mat
 serv
 in b

H

O
 rat
 me
 &

Err

VT ratione quapiam aut argumento probent Lutherani Ministri, penes se solos esse unicam Veram Ecclesiam Catholicam, quam sanctam profitemur in Symbolo. Argumentum porro tale sit oportet, quo non æque suam Ecclesiam veram esse probare possunt Calvinistæ, Anabap. Sociniani, alijq; novantes, nisi enim tale sit quemadmodum postulatam est, actum agent, nec se meliores alijs, quos reprobant, demonstrabunt.

Postulatum Secundum.

Ut Lutheranz opinionis Minister quispiam suam ad docendi munus vocationem sive ordinariam, sive extraordinariam probet argumento quopiam seu ratiocinatione peculiari, quã itidem alijs, quos ipse rejicit pari jure suam quoq; vocationem probare nequeant.

Postulatum Tertium.

Ut seclusã autoritate Ecclesiæ ac Traditionibus Ecclesiasticis probetur, apud eos qui Lutheri dogmata sequuntur & profitentur, genuinum Verbum reperiri.

Postulatum Quartum.

Ut genuinus Scripturarum sensus & intelligentia, necnon legitimã Sacramentorum administratio apud Confessionistas potius quàm apud alios quoscunq; reperiri, demonstretur ratiocinatione aut argumento ejusmodi, quo alijs quoq; quos ipsi hæreticos agnoscunt se se pariter tueri ac defendere æquali jure non possint.

Postulatum Quintum:

Ut consimili argumento probetur, Apostolorum miracula (quibus veritatem fidei confirmarunt) potius Lutheranis

ranis quàm alteri cuiquam sectæ, quæ Christiana dici velit, suffragari.

Postulatum Sextum.

Ut suam fidei successionem Confessionistæ solidè demonstrant, & firmiori quopiam argumento, quam suam adstruere valeant alijs, quos ipsi rejiciunt.

Postulatum Septimum.

Ut è Sacris literis producatam textus aliquis qui seu docendi seu prædicandi seu Sacramenta administrandi aut Ecclesiam reformandi, majorem autoritatem tribuat Confessionistis seu Lutheranis quàm alteri cuiquam sectæ, quam ipsi itidem rejiciunt.

Postulatum Octavum.

Ut allegetur sacer textus, quo probetur Visibilem Dei Ecclesiam aliquando interituram, erraturam, aut portas inferni hæresesq; adversus illam prævalituras, cum hæc reformationis negotium supponant.

Postulatum Nonum.

Ut extra Ecclesiam Romanam ostendatur alia, quæ Christi Evangelium gentes docuerit, eas per baptismum Christo conciliarit, quæq; sub nascentes in ovo hæreses, per sua Concilia judicavit condemnaritq;.

Postulatum Decimum.

Ut adferatur ex sacris literis textus, quo sive affirmative sive negative solidè probetur, Ecclesiam Romanam seu Pontificem R. articulum quempiam fide divinã credendum publicè proposuisse aut proponere, qui ipsis sacris literis sit contrarius: Cum enim agatur de Divino & nunquam aberrante judicio, non quaritur de homine, nec de Papæ

se S
qu
ner
do
stu
Ge
do,
rali
Cre
per
dit;
mo
clef
toru
cra
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
ficu
mat
serv
in b

judicio, in secreto cubiculo, sed in publico suggestu non in
Doctōris privatâ sede, sed in Cathedra Divi Patri, neq; de-
facto sed de jure, ac nequidem de privato jure, sed commu-
ni & universo.

Postulatum Undecimum.

Ut inferatur legitima consequentiâ, quæ seclusâ opinione
fallaci aut sensu privato & particulari evincat, ab Ecclesi-
a Rom. articulum quempiam divinâ fide credendum
decerni, qui Verbo Dei sit contrarius idq; argumentis quod
neq; positive neq; negative solvi possit.

Postulatum Duodecimum.

Ut proprio ac particulari argumento demonstrantur opi-
niones & dogmata à Luthero proposita, meliora ac ad
æternam salutem consequendam certiora esse, quàm sint
quæcunq; aliæ opiniones noviter à Calvinistis eorumq; so-
cijiis repertæ quas ipsi Lutherani rejiciunt.

Examen Generale Postulatorum.

AD has Propositiones de jure Lutherani respondere
non obligantur, causa est I. Quia contra negantem
principia non est disputandum. Principium verò pri-
mum Lutheranorum est sola Scriptura S. quam nos habe-
re negat Post. 3. & 4. Cur enim alias id sibi à nobis proba-
ri postulare? II. Eo quod non discendi amore, sed ve-
xandi & Lutheranos cum Calvinistis committendi studio
hanc litem Jesuita inchoavit, ut ipse interea, dum illi ri-
xabantur, post carçæta lateret, in sinu rideret & Victori-
am sibi polliceretur, juxta Illud. Inter duos litigantes ter-
tius gaudebit. Accedit, quod facilius sit quæstiones mo-
vere, quam ad eas respondere. Nos Lutherani per Dei
grati-

gratiam certi sumus cui credimus, & scimus quod is potens
sit depositum nostrum conservare in illum diem 2. Tim. 1.
v. 12. Arcem salutis nostræ non ædificavimus super are-
nam Matth. 7. v. 26. Ecclesiæ Romanæ, non in Concilijs à
Papa approbatis, neq; in Traditionibus & adinventioni-
bus humanis, quibus frustra Deus colitur Matth. 15. v. 9.
Sed super Petram Christum quem confessus fuit Petrus
Matth. 16. v. 13, Sumus superædificati super fundamen-
tum Apostolorum & Prophetarum in ipso summo angu-
lari lapide Christo Ephe. 2. v. 20. qui est autor & consum-
mator fidei nostræ Heb: 12. v. 20. Deinde in ijs articulis,
in quibus unâ nobiscum Calvinistæ oppugnant Papatum,
eodem jure, quo nos ad Scripturam provocant, neq; nos
illis hoc in puncto meliores esse, ultrò concedimus. Quod
Verò concernit Dogmata inter nos & Calvinistas contro-
versa, ad ea, fatente Jesuita sub finem scripti sui, Octo res-
ponderunt, & jam etiam Lutherani quibus objicit, ad postu-
lata, ex superabundanti, suam declarabunt sententiam.
Quamvis verò fateatur, Calvinistas sine fundamento nihil
ad rhombum, neq; ad statum quæstionis respondiisse, &
sine dubio idem de hoc responso thraconicè gloriabitur;
Sufficit tamen ita probasse sententiam Veram in Articulis
fidei, in qua conscientia Verè Christiana acquiescat, etiam si
Papistæ pertinaces suum Calculum eidem non addant &
argumenta validiora postulent: id enim fit non ex in suffi-
cientia responsionis, sed hoc efficit ex una parte efficacia er-
roris ut credant mendacio 2. Thes. 2. v. 11. Ex altera duri-
cies cauteriata conscientiæ 1. Tim. 4, v. 2. quæ errorem se-
mel conceptum, quamvis millies ignitum deponere sim-
pliciter recusat, Et mirum certè est, quod Calvinianorum
responsiones silentio involvat easq; tacitus prætereat, nam
qui non audet vel non potest Argumenta adversariorum si-
bi op-

se S
qu
ner
do
stu
Ce
do,
rali
Cre
per
dit;
mor
clef
tor
era
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
fici
mar
serv
in b

H

O
rat
me
&

Err

bi opposita refutare, is cogitur sententiam illorum ceu ve-
ram, si non expresse, tacite tamen a probare & qui eandem
approbat, is nequit conqueri de insufficiente adversario-
rum ad sua responsione. Tandem dato non concesso, quod
Luth. & Calv. non possint sat solide suam probare doctri-
nam, id tamen non convincit eam esse falsam, tantominus
Pontificiam esse veram, fieri enim id posset ex imperfecta
in hac vita naturæ humanæ renovatione, & sic non vitio do-
ctrinæ celestis, sed hominum, eam defendentium & am-
plectentium, qui ex parte cognoscunt & prophetant, quam
diu vivunt in hac mortalitate. 1. Cor. 13. v. 9.

RESPONSIO SPECIALIS.

Vnam esse Ecclesiam, quo ad unitatem fidei, & do-
ctrinæ Dogmaticæ in Articulis fundamentalibus ex
1. Cor. 3. v. 11. & Eph. 4. v. 5. concedimus; Unam etiam
esse fidem salvificam in v. & N. T. sine qua impossibile est
placere Deo Heb. 11. v. 6. Apostoli in Concilio Hierosoly-
mitano Acto. 15. v. 11. concluderunt: Quam fidem esse in-
sola Sancta Ecclesia Catholica & Apostolica, cum Symbo-
lo Nicensi statuimus: Illius temporis Ecclesia erat Colum-
na & Firmamentum Veritatis, quia *ἀυτοῦργαφα* Apostolo-
rum Vidit, de iis nobis testatur, ea custodit, scripturas pro-
ponit, exponit, unum locum illustrando ex altero, nihil
addendo vel detrahendo, & quæ fundamentaliter explica-
vit ea varijs variè applicat.

Ad Postulatum Primum.

Non est necesse, ut probentur Ministri Lutherani, pe-
nes se solos esse unicam veram Sanctam Catholicam
Ecclesiam, quia nos Ecclesiam Catholicam dicimus esse om-
nium temporum & locorum, quæ à creatione hominis ad
Consu-

consummationem seculi colligitur Deo ex genere humano
huius Ecclesiæ universalis Lutherani [ita à Luthero refor-
mator nuncupati] sunt Vera membra, quæ sub universa-
li ut particularis Ecclesia continetur, tales autem particula-
res Ecclesiæ hodieq; medios etiam inter Ethnicos, ubi ni-
hil Vel parum de Papa Romano auditur, per totum ter-
rarum Orbem inveniuntur. Quod hæreticos exploratos
de hæresi, concernit, illi etiam sunt membra Ecclesiæ visi-
bilis adhærentia, non inhærentia.

Ad Postulatum Secundum.

Minister Lutheranæ [non opinionis, sed veræ & Or-
thodoxæ] religionis suam ad docendi munus Voca-
tionem non præ tendit extra ordinariam Verum Ordinari-
am, quam probare potest ex Joh. 20. v. 21. 22. 28. Sicut mi-
siste Pater, ita & ego mitto vos &c. quod dictum de mis-
sione Apostolorum & omnium verorum Pastorum, non ad
dominandum Luc. 22. v. 26. non ad sacrificandum incru-
entè, & frequenter Heb. 9. v. 12. ut in Papatu: sed ad præ-
dicandum Evangelium Mare. 16. v. 15. ad sacramenta ve-
ra legitimè administranda juxta Christi institutionem
Mar. 16. & 1. Cor. 11. ad reconciliandos homines Deo, 2.
Cor. 5. v. 18. & seq; ad Ecclesiam propagandam Joh. 15. v.
16. & ad crucem patienter ferendam Luc. 10. v. 3. est intel-
ligendum. Vocantur verò inter nos Ministri à tota Ecclesia,
cui jus Vocandi jure Divino & Ecclesiastico competit: Epi-
scopus deinde legitimè Vocatum examinat, & cum Presby-
terio sacro Ministerio inaugurat per impositionem manu-
um, cujus ceremoniæ liberæ fundamentum habetur Act. 6.
v. 6. 1. Tim. 4. v. 14. cap. 5. v. 22. Si quis post acceptos or-
dines degeneret in Hæreticum manifestum & exploratum
(quod de Luthero probabitur nunquam) is legitimâ vo-
catione

se S
qui
ner
doc
stu
Ce
do,
tali
Cre
per
dit;
mor
clef
toru
erat
Chr
cia
mus
No
rati
inco
voc
ben
Cal
effu
Sac
fici
mat
serv
in b

H

O
rat
me
&

Err

catione excidit, & ex Pastore fit mercenarius, fur & lupus, quem oves fugere debent non audire Joh. 10.

Ad Postulatum Tertium.

SEclusa autoritate Ecclesie & traditionibus [putative] Ecclesiasticis. Lutherani possunt probare, apud seipos genuinum Dei Verbum reperiri, unde vero? Ex interno & efficaci Spiritu S. testimonio, qui ceu primarius Verbi Dei scripti Autor ad agnoscendam Scripturae Divinitatem, interno suo, ducit nos ductu, cum non tantum reddit testimonium Spiritui nostro, quod simus filii DEI, Rom. 8. v. 16. sed etiam testatur, quod Spiritus sit Veritas 1. Joh. 5. v. 6. id est, quod Vox patris Coelestis contineatur in scripturis. Huc pertinet vivus piorum sensus in quotidiana invocazione & exercitijs poenitentiae, ac fidei, virtus consolandi ac roborandi animum, adversus omnis generis persecutiones, tentationes & adversitates ac incredibile gaudium gustusque spiritualis boni DEI Verbi virtutisque, seculi venturi, Heb. 6. v. 5. Quae omnia percipiuntur ex attenta verbi DEI in scripturis loquentis lectione meditatione & auditu, animumque per Spiritum S. adeo certum faciunt, de certitudine Divina & immota, ut paratior sit millies mori, quam de illa vel tantillum sub dubitare, nedum eam abnegare, ut per experientiam edoctus de se fatetur Psaltes P. 119. v. 50. 72. & 92. & Augustinus lib. 6. confess. cap. 5. tom 1. col. 113. & lib. 11. cap. 3. col. 187. Adde interna Criteria Sacrae scripturae a Bell. lib. 1. de verbo DEI, cap. 2. enumerata, per quae homo ad credendum verbo DEI sine Ecclesiae autoritate & traditionibus quasi invitatur.

Ad Postulatum Quartum.

Nos

NOs habere genuinum scripturae sensum & intelligentiam nec non legitimam Sacramentorum administrationem, patet inde, quod Verum & genuinum cuius libet dicti sensum inquirimus & eruimus ex sede fundamentali, scopo, antecedentibus & consequentibus, ex originali lingua & Analogia fidei Rom. 12. v. 6. Quia enim Scriptura S. non est litera mortua, neque verba nuda, sed sermo DEI. Vivus atque efficax Heb. 4. v. 12. Ideo τὸ formale h. e. sensum internum habet sibi insitum, ex quo oritur fides, Rom. 10. v. 17. Postea solemus addere conformes Patrum & primitivae Ecclesiae interpretationes, ut ostendatur, interpretationem nostram non esse novam, sed in Ecclesia vetustiori Apostolicis temporibus proximam fundatam. Et licet doctiores haeretici hoc etiam medio in Verum scripturarum sensum inquirant, est tamen hoc discrimen, quod sensus scripturae quo ad illos sit literalis, quo ad pios & Orthodoxos vero gratiose per Sp. S. obsignatus; illis est odor mortis ad mortem 2. Cor. 2. v. 16, His vero est potentia ad salutem Rom. 1. v. 16.

Ad Postulatum Quintum.

Apostolorum miracula, quibus fidei Veritatem confirmarunt, nobis evangelico Lutheranis suffragari, patet, quia perpetuam consanquinitatem in articulis fidei cum doctrina Prophetica & Apostolica habemus, prout infideli admonitione Meisneri quo ad thesin cap. 4. p. m.

Ca

se S
qu
ner
do
flu
Ge
do,
rali
Cre
per
dit;
mor
cler
toru
cra
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effi
Sac
fici
mar
serv
in b

H

O
rat
me
&

Err

237 & seq., & in ignea Evangelicæ Veritatis columna per inductionem 22. Articulorum in anthithesi probatum. Et licet hæretici miracula Apostolorum pro parte sua venditent, non tamen videndum quid dicant, sed quo jure id faciant, eo nempe quo Pharisei, qui dogmata sua ex scriptis & miraculis Mosis probare volebant Joh. 9. v. 29. à quo tamen accusabantur Joh. 5. v. 45. Idem sentiendum de hæreticis, quam diu suos contumaciter defendunt errores.

Ad Postulatum Sextum.

LAudo Jesuitam, quod solius fidei successionem, & non localem vel personalem, quam alij obijciunt [si modo non alit fucum] à nobis requirat; Sine dubio legit, quod scribit Bell. lib. 4. de notis Ecclesiæ cap. 8. his verbis. Argumentum à successionem legitima adferri à nobis (Papistis) præcipuè ad probandum, non esse Ecclesiam ubi non est hæc successio, quod quidem evidens est. Ex quo tamen non colligitur necessario, ibi esse Ecclesiam ubi est Successio & Stapleton in prælect. princip. fidei Cantrov. de Ecclesia quæst. 4. Art. 2. agnoscit, nullam esse veram successionem absq; doctrina vera. Carere autem hac successionem doctrinæ Pontifices Rom. patet, quod decreta antecessoris sui successor Papa mutet & contraria introducat, prout in columna ignea Hocquardo opposita probatum. Adde, quod posteriores etiam Pontifices succedunt primis, ut morbus sanitati, tenebræ luci, tempestas tranquillitati, dementia prudentiæ, ut de his scribit Nazian. orat. 31. in laudes Athanasij. Quod autem præcedenti postulato dixi de consanguinitate, id etiam intelligendum de perpetua successionem doctrinali in nostris ecclesijs: Doctrina siquidem nostra facta initio in paradiso Gen. 3. v. 15. Continua serie

fuit;

primùm Vivâ voce per Patriarchas, postea per scripta Moisaica, Prophetica & Apostolica ex immediato Spiritus S. instinctu profecta, primisq; 4. Concilijs Occumenicis, tandem à primitivæ Ecclesiæ Patribus atq; Doctõribus propagata fuit ad usq; Lutherum, inde ad nostra tempora, & durabit ad gloriosû Christi adventum; Et hoc sensu Ecclesia nostra dici potest Catholica. De vana hæreticorum, quoad fidei successionem gloriatione, parum sumus solliciti.

Ad Postulatum Septimum.

QUOD à nobis postulat Jesuita, id pari jure postulare poterant Baalitarum à reformatore Divini cultus Elia Thesbite 1. Reg. 18. v. 21. 22. à Jeremia Doctõre Pseudoprophetæ Jer. 23. v. 16. Et defacto postulavit Clerus Hierosolymitanus, qui dum in doctrina Johannis Bapt. & Salvatoris Christi, quod reprehenderet, non inveniret, de Autoritate docendi, miracula faciendi & baptizandi, controversiam illis movebat dum per Legatos quærit ex Johanne: Cur baptizas, si non es Christus, nec Elias, nec propheta Joh. 1. v. 25. Et ad Christum in templo docentem, & miracula edentem accedunt principes sacerdotum scribæ & seniores populi dicentes; In qua potestate hoc facis? Math. 21. v. 23. Similiter hic clerus Pontificus successionem in sede Apostolicâ sibi arrogans, cum in Doctrina Lutheri ex scriptura depromptâ, quod jure reprehenderet, non habet, quæstionem de Vocatione & autoritate docen-

C 3

di, al-

se S
qui
ner
doc
flu
Ce
do,
tali
Cre
per
dit
mo
cle
tort
erat
Chr
cia
mus
No
rati
inet
voe
ben
Cal
effu
Sac
ficu
mar
serv
in b

H
O
rat
me
&

Ecce

di, alterâ jam vice ipsi nobilq; cum sequentibus Pasto-
ribus movet. At sicut Joh. Bapt. literas vocatio-
nis suæ ex scriptura Esa. 40. v. 3. Ego vox clamantis
in deserto &c. depromit: ita nos Vaticinium ipsius
Christi de reformatione Lutheri producimus Matth.
17. v. 10. Mar. 9. v. 11. Lucæ 1. v. 19. quibus dictis dua-
rum personarum Christus meminit: De Johanne
Baptista loquitur in presenti, jam Venit, de Luthes-
ro verò in futuro venturus est. Quo referendum di-
ctum Mal. 4. v. 5. Apoc. 14. v. 6. 7. 8. Et licet ante Lu-
therum plurimi fuerint, qui gravissima errata Ecclesiæ
Romanæ reprehenderunt, & propterea Martyrio coro-
nati occubuerunt; Deus tamen non fuit tum temporis
largitus talem successum prout tempore Lutheri, eò
quod terminus à Deo reformationi præfixus tunc non
fuerit impletus, viri illi ad felicem Ecclesiæ reformatio-
nem donis sufficientibus non fuerint instructi, neq; ad
tantum opus à Deo designati & electi, id verò ex singu-
lari Dei consilio reservatum fuit ad tempora Lutheri,
operi cujus plenarium successum largiri voluit ut per
Dei gratiam Sole meridiano clarius apparet, quod
Hussius ante seculum de ipso prædixerat.

Ad Postulatum Octavum.

Ubi

Vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est allegare sa-
crum textum, Nam Visibilem, & particularem Eccle-
siam aliquando non saltem interire & errare posse, sed actu
etiam errasse & interiisse, testantur florentissimæ olim Ori-
entis Ecclesiæ ab ipsis Apostolis plantatæ, in quibus jam
Turcius Alcoranus proponitur: Et talis fuit Ecclesia Corin-
thiaca, Galatica, Ephesiorum, Philippen, Colossen, Thessa-
lonicen. Et maximè Romanam Ecclesiam hortatur Apo-
stolus, ne à fide deficiat Rom. 11. v. 19. & seq: Hæ exhor-
tationes essent inanes, si Ecclesia Romana absolutè à peri-
culo errandi esset immunis. Christus non permittit Ec-
clesiam Universalem & (sensu orthodoxo) invisibilem
errare Joh. 16. v. 18: Etiam si hæc vel illa Ecclesia particu-
laris & Visibilis, qualis etiam est Romana, teste Paulo
Rom. 16. v. 15. errat, quia respectu illius promissiones
Divinæ sunt absolutæ, respectu hujus verò conditionatæ
Rom. 11. v. 22.

Ad Postulatum Nonum.

Quæ Verba Jesuita Kedd mox in frontispicio ex Rom.
cap. 1. v. 8. de Ecclesia Romana produxit [fides vestra
annunciatur in universo mundo] ea quoq; repetuntur de
Ecclesia Thesalonicensi 1. Epist. cap. 1. v. 8. & Coloss. cap.
1. v. 23. Omnes Ecclesiæ ab Apostolis fundatæ [quamdiu
ipsorum retinuerunt doctrinam] Evangelium Gentes do-
cuerunt & eas per baptismum Christo reconciliarunt. Ec-
clesia ergo Romana non est mater omnium Ecclesiarum,
quia Hierosolymitana est antiquior Romanâ, imò nec
Corinthiaca nec Thesalonicensis ab ipsa duxit ortum,
Quod condemnationes hæresium concernit, non Roma-
na, sed Nicæna Ecclesia condemnavit Arium, Constantino-
politana Marcionem & Pneumatomachos; Ephesina Ne-
storium, & Chalcedonensis Eutychem in 4. primis Conci-

se S
qui
ner
do
stu
Ce
do,
tali
Cre
per
dit;
mo
ele
tort
era
Chr
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
ficu
mat
serv
in b

H
O
rat
me
&

Err:

his Oecumenicis. Et licet loco Pontificis R. hisce Conci-
lijs interfuerint Legati ejusdem, ij tamen non ut iudices
supremi controversiarum, sed tanquam Collegæ aderant,
qui consensum suum uniformem cum reliquis Patribus in
Concilio presentibus largiri & præbere debuerunt. Om-
nes hæreses Scriptura S. sufficienter iudicat & condemnat,
v. g. Hymenæum & Philetum, Pharisaismum, Sadduce-
ismum Paulus in suis epistolis condemnavit, absq; iudicio
Ecclesiæ Romanæ. Idem iudicandum etiam de reliquis
hæresibus, quamvis sacra scriptura non descendat ad quæ-
vis particularia.

Ad Postulatum Decimum,

HOc Postulatum coincidit cum 11, nisi quod Papam R.
& Ecclesiam Romanam habeat pro a quipollentibus,
cum tamen una persona non sit Ecclesia teste Bellar: lib: 3.
de Ecclesia cap. 7. quia, ut pergit, Ecclesia est populus & re-
gnum DEI. In declaratione vero Postulati 10, agit Jesui-
ta angvem tortuosum; Præsupponit enim ut certum, quod
maxime est controversum, putâ Ecclesiæ vel Papæ R. esse
divinum iudicium ab errore immune: Unde enim hoc ju-
dicium Papæ? Certè omnis Pontifex ex hominibus, ean-
dem in firmitatem, quâ prius ut persona privata circum-
datus erat, retinet. Heb. 5. v. 2. Ac proinde etiam errare
potest, nisi ductum scripturæ sequatur: Solis Prophetis
in v. & Apostolis in N. T. immediatè vocatis, est propri-
um, ut errare non possint. Papa Verò non est immediatè
Vocatus, sed mediatè, ideò etiam tanquam necessaria con-
ditio infallibilitatis ab eo requiritur, ut debitam adhibeat
diligentiam & media ordinaria. Papa etiam in Officio suo
manet homo errori obnoxius, quia Relatio & Modus
non variat rem. Dicit non esse sermonem de Papæ judi-
cio, in

cio, in secreto cubiculo, sed in publico Suggestu. Accu-
stat, Papam Paulum IV, Clanculum in suo cubiculo cum 6.
duntaxat Inquisitoribus conventum habuisse, [ne fraus
innotesceret] Anno 1559, in quo de Indice prohibitorum
librorû & indice ex purgatorio, imò in repurgandis quoq;
glossis Juris Canonici fuit desudatum, teste Petro Paulo
Vergerio (qui arcanorum Papæ consiliorum conscius fuit,
existens adhuc Papista) dedicatione in Catal. Proh. lib.
Et tamen hæc quæ privatim tunc decreta, omnes in Papa-
tu sub conscientia obligant, scil. juxta illud Lucæ 12. v. 2.
Quod locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Di-
scrimen inter Papam privatum, ac publicum, nullum est.
Nam Bell. lib. 4. de Rom. Papa cap. 2. pag. 472. scribit,
quorundam esse opinionem, Pontificem etiam ut Ponti-
ficem posse esse hæreticum & docere hæresin, si absq; ge-
nerali Concilio definiat, & defacto aliquando accidisse.
Officium enim publicum nihil aliud est quam qualitas ad
personam accedens, quâ non potest non illud affici ex vi-
tjis & virtutibus personæ. Præterea, quidam Pontifices
propter publicos errores à Papali sede per Ecclesiam sunt
deturbati, teste Bell. lib. 4. R. Pap. cap. 9. pag. m. 506. Er-
gò illi ad minimum quo ad personam publicam errarunt,
Tandem Cathedra [quam falso D. Petri nominat, quia is
nullam sedem h. e. Dominium & potestatem supremam
in reliquos Apostolos à Christo accepit, tantominus usur-
pavit, sed se aliorum Ecclesiæ Episcoporum Synpresbyte-
rum vocat 1. Pet. 1. v. 3.] Non mutat Pontificem, ut ex
peccatore fiat Sanctus, ex indocto doctus, ex cæco perspi-
cax, sed qualis est ante Pontificatum, talis est & manet in
Pontificatu, qualis est extra Cathedram talis in Cathedra.
Dum addit, non agi defacto, sed de jure & quidem Com-
muni: Sciendum, quod licet ea distincta sint, tamen, qui

D, potest

se
qu
net
do
stu
Ce
do
tal
Cre
per
dit
mo
clel
toru
era
Chi
cia
nut
No
rati
inc
voe
ben
Cal
effu
Sac
fici
mat
serv
in b

H
O
rat
me
&
Err

potest errare in facto, potest errare in jure; eo quod error facti facile secum trahat errorem fidei. non dissentiente Bellar. lib. 2. de Concilijs cap. 8. Paragrapho. Respondeo pag. m. 116. his verbis: Quæstio illa, an Christus sit reus mortis? etiam si de facto esset, tamen involvebat quæstionem de fi. de gravissimam, nimirum, An Jesus esset verus Messias & Dei Filius? Hæc ille. Similiter, si Papa errat in Canonizatione Sancti [qui error facti] facile dari potest occasio Idolatriæ; Sed verbum prius, quando Canonizat non Sanctos, & quando quem unus Pontificum in Canonem Sanctorum recipit, alius inde excludit, prout exemplis in Columna ignea par. Gen. cap. 5. Thei. 18. ostensum Ergò & posterius.

Ad Postulatum Undecimum.

Jesuita hic excludit simpliciter in articulis fidei sensum privatum & particularem (opinioniones fallaces ipsi quoq; excludimus] quod tamen est I. Contra Verbum Dei, quod omnes christianos scrutari jubet scripturas Joh. 5. v. 39. cavere à Pseudopropheta Matth. 7. v. 15. probare Spiritus an sint ex Deo). Joh. 4. v.). II. Contra Venerandam antiquitatem, quæ lectionem bibliorum & iudicium de rebus fidei privatum omnibus permittit, ut in Columna ignea ostensum. III. Contra Pontificios quosdam, qui scribunt, in concernentibus fidem, unius, etiam privati & Laici dictum, preferendum esse dicto Papæ, si is moveatur melioribus autoritatibus v. & N. T. quàm Papa. [Et rectè quidem, quia si privatus ex perspicuis Scripturæ locis de aliqua religionis controversia iudicat, tunc illud non proficiscitur ex Spiritu ejus privato, sed est publicum Sp. S. in scriptura loquentis & mentes fidelium afficientis iudicium; quod meritò attendendum & admittendum.] Dū

Verò

verò Postulato 10 & 11. adferre jubet ex sacra scripturæ textum, ex eoq; legitimâ consequentiâ deducere, quod Ecclesia Romana aliquem articulum fidei Divinâ decernat, qui Verbo Dei sit contrarius; Parebo ipsi & hac Vice solum tres articulos assumam; De Communione Eucharistiæ sub utraqvè specie, clarissima sunt Verba Christi in institutione prolata, quæ de scribuntur Matt. 26, v. 26, Marc. 14. v. 22. Luc. 22. v. 19, 1. Cor. 11. v. 22; Quibus damnatur Missæ sacrificium & Communio Papistarum sub una, transubstantiatio & Concomitantia, ac theatrica hostiæ consecratiæ circumgestatio, adoratio &c. Matth. 4. Christus dicit, Dominum Deum esse adorandum & illi [NB exclusivam] soli serviendum. Quo dicto Moysi, invocatio sanctorum [quam ipsi vocant δόλειαυ (servitutem)] humo prosternitur. Scriptura S. etiam ante novissimum diem duo saltem loca animarum recenset, & ejusdam intermedij & temporalis loci nulpiam meminit Matth. 7. v. 13. & seq. cap. 8. v. 11. cap. 25. v. 32, & seq. Rom. 2, v. 6. 7. In his & similibus dictis, est perpetua & immediata oppositio inter credentes & incredulos, inter intrantes per angustam & perlatam portam, inter arbores bonas & malas, bonum semen & zizania. Quâ stante, corrui Purgatorium, stâte purgatorio, corrui in mediata oppositio, prout fusius hi & alij articuli in columna ignea exponuntur. Nihil verò curamus quod Pontificij ad hæc omnia variè excipere soleant, cum nihil sit tam absurdum, quod non defendi possit aliquâ veritatis specie: Sed ea simplex homo vel non intelligit, vel non admittit, verum Scripturæ S. simpliciter credit, atq; à fide tua nullis exceptionibus hostium se dimoveri patitur, juxta illud: Textus non fallit, multos speciosa fefellit Glossa, Dei Verbo nitere, tutus eris.

Ad Po

regi nyestavanyok, ruspokl konyvtar, kassa.
/309.ig.j./

se
qu
net
do
stu
Ce
do
ral
Cre
per
dit
mo
cle
tori
era
Chi
cia
mus
No
rati
inc
voc
ben
Cal
effu
Sac
ficu
ma
fery
in b

H
O
rat
me
&
Ecc

Ad Postulatū Duodecimū

Non opiniones, sed dogmata Lutheri sunt certis-
sima, ex Verbo Dei scripto desumpta, eaq; meli-
ora ad æternam salutem consequendam tutissimè du-
centia quàm sunt vel Papistarum, vel aliorum secta-
riorum, quos de jure rejicimus. Nulla enim est do-
ctrina quæ hostes gratiæ Dei fortius reprimat: quæ sa-
lutiferum Christi meritum magis deprædicet; ejusq;
Testamentum & sacramenta sanctius observet & cu-
stodiat: Nulla quæ homines in studio bonorum ope-
rum diligentius informet: quæ anxias & perterritas
conscientias efficacius soletur; libertatem Christianam
studiosius vindicet: Legis & Evangelij discrimen accu-
ratus tradat: Scripturas divinitus traditas in majori
precio habeat: de Magistratu Politico & Conjugio ho-
norificentius sentiat & loquatur: artemq; benè oran-
di & beatè moriendi rectius doceat, quàm ea quæ in
nostrarum Ecclesiarum Symbolicis libris Evangelico-
Lutheranis publicè sonat. Tentet idem, si Vir est, de
sua religione ostendere Jesuita Kedd, in cujus
scriptis Anno præsentè 1652, Viennæ
in 4 & 16. editis, hæc postulata
sub finem inveniuntur.



SOLIDEO GLORIA.

XXVII. 2.

DISPUTATIO INAUGURALIS
THEOLOGICA,
Reformatorum Sententiam
DE

**ELECTIONE
SALVANDORUM**

ex Libello Conciliatorio D. JOH. BERGII
recensens.

Quam in Illustri Academiâ Wittebergensi
PRÆSIDE

ANDREA KUNADO S.S. Th.

D. P. P. Consistorij Ecclesiastici Adessore,
Alumnorum Electoralium Ephoro & Facultatis
Theol. h. t. Decano,

PRO

LICENTIA

Summos in SS. Theologiâ Honores assumendi
Respondendo defendet

M. SAMUEL POMARIUS, Silesius,

Ecclesiastes Svevo-Coloniensis.
Habebitur in Auditorio Majori horis
ante 5 pomeridianis

ad d. 13. Oct. Anno Christi 1653.

WITTENBERGÆ
Typis JOHANNIS ROHNERI Acad. Typogr.